



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 6. Decretum de Synodi decretis recipiendis, atque observandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

& prærogativas oriatur: porro hæc de-
 claratio istis verbis erat proposita: de-
 „clarat sancta Synodus ex loco assignato
 „Oratoribus tam Ecclesiasticis, quam
 „sæcularibus, in sedendo, incedendo,
 „aut quibuscunque aliis actibus, nul-
 „lum cuiquam eorum factum fuisse præ-
 „judicium, sed omnia illorum, & Im-
 „peratoris, Regum, & Rerumpubli-
 „carum, ac Principum suorum jura,
 „& prærogativas illæfas, & salvas esse,
 „in eodemque statu permanere, prout
 „ante præfens Concilium reperiabantur.

§. VI.

*Decretum de Synodi decretis recipien-
 dis, atque observandis.*

Prius hoc decretum excipiebat aliud, *Pallav. n. 6*
 quod a Lotharingio, & Madrutio
 Cardinalibus cum summa maturitate,
 ac omnibus verbis serio perpensis con-
 fectum Synodi acceptionem, atque
 executionem concernebat: in hoc au-
 tem labore ambos hosce Cardinales ju-
 vabant Antonius Augustinus celebris
 Canonum Doctor, atque Ilerdensis Epi-
 scopus, necnon Didacus Covarruvias
 Civitatis Castellanæ Episcopus: porro
 hoc decretum erat sequens: „Tanta fuit
 „horum temporum calamitas, & hæ-
 „reticorum inveterata malitia, ut ni-
 „hil tam clarum in fide nostra asserenda
 „unquam

Sæcul. XVI.
 A. C. 1563.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„unquam fuerit, aut tam certo statu-
 „tum, quod non humani generis holte
 „suadente, illi errore aliquo contami-
 „naverint: eapropter sancta Synodus
 „id potissimum curavit, ut præcipuos
 „hæreticorum nostri temporis errores
 „damnaret, & anathematizaret, ve-
 „ramque, & Catholicam Doctrinam
 „traderet, & doceret, prout damna-
 „vit, anathematiavit, & definiuit.
 „Cumque tamdiu tot Episcopi ex va-
 „riis Christiani orbis provinciis evocati
 „sine magna gregis sibi commisi jactu-
 „ra, & universali periculo ab Ecclesiis
 „abesse non possint, nec ulla spes resset
 „hæreticos, toties fide etiam publica,
 „quam desiderarunt, invitatos, & tam-
 „diu expectatos, huc amplius adven-
 „turos, ideoque tandem huic sacro Con-
 „cilio finem imponere necesse sit: lu-
 „pereit nunc, ut Principes omnes, quod
 „facit, in Domino moneat ad operam
 „suam ita præstandam; ut, quæ ab ea
 „decreta sunt, ab hæreticis depravari,
 „aut violari non permittant, sed ab his,
 „& omnibus devote recipiantur, & fi-
 „deliter observentur; quod si in his re-
 „cipiendis aliqua difficultas oriatur, aut
 „aliqua inciderint, quæ declarationem,
 „quod non credit, aut definitionem po-
 „stulent, præter alia remedia in hoc
 „Concilio instituta, confidit sancta Sy-
 „nodus

Sæcul XVI.
A. C 1563.

„nodus Beatissimum Romanum Pon-
 „tificem curaturum, ut vel evocatis,
 „ex illis præsertim Provinciis, unde
 „difficultas orta fuerit, iis, quos eidem
 „negotio tractando viderit expedire,
 „vel etiam Concilii Generalis celebra-
 „tione, si necessarium judicaverit, vel
 „commodiore quacunque ratione ei vi-
 „sum fuerit, provinciarum necessitati-
 „bus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tran-
 „quillitate consulatur.

§. VII.

*Decretum de finiendo, & confirman-
 do Concilio.*

Hifce igitur Decretis in Sessione per-
 lectis, atque approbatis, ex com-
 muni omnium Patrum consensu ea quo-
 que statuta, quæ circa dogma, & mo-
 res sub Paulo III. & Julio III. condita,
 ac promulgata fuerant, recitabantur.
 His peractis Prælati ille, quem Syn-
 odus sibi a secretis esse voluit, in me-
 dio confessus stans hæc verba pronun-
 tiabat: „Illustrissimi Domini, Reve-
 „rendissimique Patres: Placetne vobis,
 „ut ad laudem Dei omnipotentis huic
 „sacræ Oecumenicæ Synodo finis im-
 „ponatur? & omnium, & singulorum,
 „quæ tam sub felicis recordationis
 „Paulo tertio, & Julio tertio, quam
 „sub sanctissimo Domino nostro Pio IV.
 „Roma-